

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Et pio & docto uiro, domino Ioanni Spangenbergio, amico suo ueteri,  
Georgius Aemylius S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

Bus hesternā die inter nos facta est mentio. Bene uale, uir ornatissime. 27 Ianuarij, 1548.

Et pio & docto uiro, domino Ioanni Spangenbergio, amico suo ueteri,  
Georgius Aemilius

S. D.

Cum mihi Magister Oeta, suam operam in perferendis meis ad te literis ultra obtulisset, non potui praetermittere, quin eo proficiscēte, aliquid ad te literarum darem. Iam diu enim optaui mihi occasionem aliquam dari ad te scribendi, cum propter amicitiam nostram, tum uero ut ea ratione uicissim à te aliquid literarum extorquerem. Porro cum mihi proximè promiseris tuos uersiculos, auidè eos penè singulis horis expecto. Quare te rogo, ut praestes id quod promissisti, & tuis promissis satisfacias. Decet enim, praesertim illos qui sacra Pieridum nocte dieq; colunt, promissam seruare fidem, nec fallere quenquam. Sed spero te facile facturum esse hoc, quod recepisti facturum. Bene uale. Mitto ad te carmen meum, scriptum cuiusdam Magdeburgensi, quod quidem principio ad te scribere constitueram: sed postea coactus inopia tabeliorum, alteri misi. Carmen illud sigitabis à Christophoro Ruellio: nam eius literis inclusum est. Rescribe mihi uir optime, & breuitatem boni consule. Vale, Ienae 1555.

Petrus